

carens: nisi quodd affine est verbo Ba,
venit; & Nibb, fructificavit. unde
Nibb, sermo, fructus labiorum:

2. Significat *receptionem* quandam re-
nientis Dei, & *sermonis* quem jubet
Deus ut loquatur Propheta; unde &
allationis seu *apportionis* vocabulum
esse à nonnullis notatur.
3. Est enim propheta, cui præ cæteris
Deus appropinquat, ut afferat por-
rò & annunciet, non tantum ventu-
ra, sed & *præterita*, ut & *presentem* vo-
luntatem, seu *præcepta* Dei.
4. Uno verbo; *internuncius* *judiciorum*
divinorum.
5. Horum enim appellatione, et si ul-
timus gubernationis actus post be-
neficium & officium subsequens,
distributio nempe premiorum & pœnarū,
propriissimè & principaliter notari
solet:
6. notantur tamen usitatè in scriptu-
ris, etiam qua ad illam referuntur, præ-

F 7 ceptio-